

Virtutis Solidæ Præcipua Impedimenta, Subsidia, Et Incitamenta

Commentationibus Illustrata, Omnium Usui Aptatis. Quæ Servire Insuper
Poterunt Pro Argumento Concionum: Uti Et Considerationum Tempore
Exercitiorum; præsertim verò pro gemino sacræ collectionis triduo; prout
ex subjectis hunc in finem elenchis patet. [...] Partes Tres

Subsidia

Bellecius, Aloysius

Ratisbonae [u.a.], 1755

Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55547](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55547)



A D
LECTOREM.

MEminerit benevolus
Lector, me initio prio-
ris opusculi præmi-
sisse indicem materiarum, ge-
mino pii secessus triduo ser-
vientium; quas cum ita di-
viserim, ut commentationes
pro die prima assignatae,
contineantur in parte prima:
secundæ diei convenientes,

XII in

in altera : die vero tertia
obeundae, desumantur ex ter-
tia parte ; hanc ob causam
in commodum eorum, qui
quamlibet partem separatim
(quod fieri cupio) ad faci-
liorem usum compingi cura-
bunt, subjungo ordinem exer-
citationum, quae secundae diei
utriusque tridui respondent.
(quod itidem in tertia parte
observabitur) ne nempe le-
gentes suo cum incommodo
ad generalem primi volumi-
nis indicem recurrere cogan-
tur.

Præterea cum illæ itidem
functiones sacræ, quæ pro
unica duntaxat collectionis
die

die sacerdotio præmittendæ
designantur, omnes in secun-
da hac parte contineantur;
eandem ob rationem etiam
earum ordinem seorsum hìc
apponendum judicavi, ut ipso
laboris compendio ad utrius-
que exercitii praxin eò faci-
liùs omnes allicerentur.

Cæterùm, quod principio
monui, iterum impensè com-
mendo, ut scilicet, aliis præ-
termisis, solum illæ, quæ
singillatim non tantùm pro
quolibet die, sed etiam pro
quavis exercitatione determi-
nantur, materiæ ejusmodi
solitudinis tempore magna
cum accuratione assumantur

perpendendæ. Sic enim nec
rerum copia animum obruet,
nec varietas confusionem pa-
riet, nec sterilitas fructum
minuet, quem cunctis
inde uberrimum
opto.



IN-